Majorana tenuifolia T. ſive Majorana tenuior & lignoſior *IB.* 3. *part.* 2. 241. *noſtrat.* *Majorana nobilis*, Edler Winter-Majoran. *perenn.*

Milium ſemine luteo T. *folio gramineo flore, apetalo, ſemine ſubrotundo, ſeu Milium IB.* 2. 446. Hirſe rother oder gelber Hirſe, *Millet jaune Ic.* 1. *Tab. hiſt.* 656. auf denen Aeckern, *ann.*

Milium ſemine albo T. weiſer Hirſe, ibid.

Milium ſemine nigro T. Schwartzer Hirſe, *IB.* 2. 446. eſt *Milium nigrum Tab. hiſt. pag.* 656. *Ic.* 2. *ann.*

Orchis palmata anguſtifolia minor odoratiſſima CBp.

Panicum vulgare ſpica ſimplici & aſpera T. *flore apetalo, fructu ſpicato*, ſive Gramen ſylveſtre dictum & Dens canis IB. 2. 443. eſt Gramen geniculatum, *Tab. hiſt. Ic.* 3. 516. Knoten-Graß, neben denen Aeckern, in der Ruprechtsan. *perenn.*

Panicum vulgare ſpica ſimplici & molliori T. wilder Fench oder Hirſe, mit einfacher weicher Aehre, auf denen Aeckeren zu Oßwald, uud Lingelsheim, bey dem Spithal Garten. *perenn.*

Panicum vulgare ſpica multiplici longis areſtis circumvallata T. ſive *Gramen Panicum* II. *Tab. hiſt.* 538. in Gräben, hin und wieder. *perenn.*

Panicum vulgare ſpica multiplici aſperiuſcula T. ſive *Panicum ſylveſtre Tab. hiſt. Ic.* 3. 660. Pfennich-Graß, mit rauhen Aehren, auf denen Kraut-

Fel-

Feldern, an denen Zäunen, in der Ruprechtsau. *perenn.*

Pimpinella sanguisorba major T. *floribus monopetalis rotatis atro rubeutibus, foliis pinnatis & serratis, fructu quadrangulari*, sive Sanguisorba major flore spadiceo *IB.* 3. *part.* 2. 120. grose Wiesen Pimpernell groß Sperber-Kraut, *Grande Pimpernelle, Ic.* 1. *Tab. hist.* 316. *perenn.*

Pimpinella sanguisorba minor hirsuta T. sive Sanguisorba minor, *IB.* 3. *part.* 2. 113. kleine haarichte Pimpernell, *Ic. Tab. hist.* 316. auf denen meisten Wiesen. *perenn.*

Pimpinella sanguisorba lævis minor T. glatte kleine Garten-Pimpernell, auch auf feuchten Wiesen bey Oßwald. *perenn.*

Polium montanum repens T. *flore purpureo monopetalo labiato* sive *Polemonium montanum supinum minimum Lob. Ic.* 488. & *Tab. hist.* 4. *pag.* 750. klein Berg-Poley, *Polium de Montaigne*, zu Barr auf denen Matten, und zu Heilgenstein *perenn.*

Pyxidaria repens annua, flosculis monopetalis anomalis unilabiatis, ex albo purpurascentibus longis pediculis insidenbus, facile deciduis, foliis anagallidi similibus, capsula oblonga, seminibus minutissimis referta. *Ic. vid. Tournef. alsat. pag.* 156. Est Montia aquatica minor Michel. nov. plant. gen. pag. 18. Tab. 13. Fig. 2. & *Mappi. Sed errat dum Montia calice gaudet bifido. in nostra autem planta in* 5. *segmenta divisa est; nominarem itaque*

que potius instituto exactiori examine, Alsinoides palu-dosa, foliis anagallidi similibus, flosculis monopetalis rubescentibus, capsula oblonga, Sumpf Gauchheil auf der Insul, wo die Breusch in die Ill fält. *ann.*

Tanacetum vulgare luteum T. & *IB.* 3. 131. *floribus flosculosis semine papposo*, gelbe Rhein-Farn, Wurm-Kraut, *Ic. Tab. hist.* 6. *pag.* 28. hin und wieder an denen Landstrassen. *perenn.*

Thalictrum majus non striatum T. sive Ruta pratensis major 111. *Tab. hist.* 120. *Rue de prez*, Wiesen-Raute, mit schmahlen Blättern, in dem Ilkircher Wald, und andern dürren grasichten Orten, bey Ehrstein. *perenn.*

MENSIS SEPTEMBER ET OCTOBER.

Colchicum commune T. sive Colchicum *IB.* 2. 649. seu *Antumnale, flore purpurascente monopetalo liliaceo, radice nigra tuberosa fructo oblongo trigono* Herbst-Blumen, Küh-Dutten, nostr. faule Futen, nackende Huren, *Colchique ou Mort de chien, Ic. Tab. hist.* 8. & 9. 1011. auf allen feuchten Wiesen. *perenn.*

Colchicum album cum purpurascentibus lineis *IB.* 2. 651. gantz weise Herbst-Blumen mit rothen Striffen, auf der Lingelsheimer Nachtweyd, auf der Wiese bey Niederhaußbergen. *perenn.*

Colchicum montanum angustifolium T. sive Colchicum montanum flore purpureo *IB.* 2. 656.

656. Berg Herbst-Blumen, mit schmahlen Blättern, auf den Berg-Wiesen hinter Barr.

Coralloides corniculis candidissimis T. sive Muscus corallinus montanus *Tab. hist. pag.* 1198. wilde Corallen-Mooß, auf dem St. Ottilen Berg an denen Felsen.

Coralloides apicibus coccineis Mapp. hist. all. 81. Corallen-Mooß, mit hochrothen Gipfeln, hin und wieder in Wälderen, auf faulen Bäumen, so zu Boden liegen.

Fungus muscas interficiens T. *pileolo verrucoso rotundo lato, lamellis albis pediculo bulboso*, Mucken-Schwämme, sive Fungus XII. genus Clus hist. CCLXXIX. in dem Ruprechtsauer Wald, in dem XV. Wört.

Fungus corylæus orbicularis T. sive Fungi sub corylis orbiculatæ figuræ *IB.* 3. 842. est VI. genus Fung. noxior. *Clus. hist. CCLXXVIII.* runder Haselstaude-Schwamm, in dem Ostwinckel, in dem Ganßauer Wald.

Fungus Erynus Bot. Monsp. Manns-Treu-Schwam, auf der Heyde, gegen dem Eckbolsheimer Ziegel-Ofen, auf Wiesen, bey der hohen Wart.

Fungus latus orbicularis candidus CBp. sive Fungus ranarum albi pernicioſi *IB.* 3. 846. *XIII.* Genus pernicioſor. Fung. Clus. hist. CCLXXX. auf denen Aeckern bey Matzenheim.

Fungus orbicularis in palustribus CBp. sive Fungi rubri perelegantis coloris & rufi *IB.* 3. 846, est Fungor. nox. gen. XXIII. Clus. hist. CCLXXVI.

CCLXXVI. auf feuchten Wiesen bey Ehrstein.

Fungus orbicularis secundum vias & in Quercetis autumno nascens CBp. est XIX. gen. Fungor. pernicioſor. CCLXXXIII. in schattichten hohen Gebürgen.

Lichen pyxidatus major T. sive Muscus pyxidatus *IB.* 3. 767. grose Kelch-Schwäncke auf dem Ottilien Berg, auf abgefaulten in schattichten und feuchten Orten liegenden Bäumen.

Lichen pyxidatus minor T. sive Muscus pyxoides saxatilis *IB.* 3. 767. kleiner Kelch-Mooß, auf den Felsen St. Ottilien Gebürgs.

Orchis spiralis alba odorata T. sive Orchis spiralis minor *Lob. Ic.* 186. klein gewunden wohlriechend Stendel-Wurtzel, auf der Schlut, beym Eckbolsheimer Ziegel-Ofen. häufig.

MENSIS OCTOBER ET NOVEMBER.

Agaricus digitatus niger T. sive Fungus digitatus nigricans ligno ad nascens, Michel. nov plant. gen. pag. 103. ubi Icon. an alten Eichenen Pfählen und Dielen, der Wände.

Agaricus esculentus T. sive Fungus maximus laciniatus quod XXI. gen. Fung. ascul. Clus. hist. CCLXXV. Eich-Schwamm, Eich-Henne, in allen Waldung unten an alten Eichbäumen.

Agari-

Agaricus Tuba Fallopianæ instar laciniatus T, an denen alten nnd faulen Tannen und Foren Bäumen, die zu Boden liegen, in dem Brumber Wald.

Coralloides Cornucervi referens, corniculis revioribus T. gehörntes Corallen-Mooß, in den feuchten Waldungen, an faulen Bäumen.

Coralloides abietina nivea procerior T. seu fungus ramosus argenteus ramosus *IB.* 838.

Coralloides corniculis rufescentibus T. sive Muscus terrastris coralloides erectus corniculis rufescentibus CBp. röthlichtes Corallen-Mooß, in denen Ritzen und Spaltungen, der Steinen, in dem Barrer Wald, an den Weg, nach dem Hochfeld, ingleichen hinter Ottrott, bey der Segmühl, an steinichten Orten.

MENSIS NOVEMBER ET DECEMBER.

In his Mensibus, ob acerbum ut plurimum frigoris accessum, Telluris spiracula occludentem, nulla in Alsatia amplius fit plantarum productio, sed quietè omnes sub terra usque ad futurum & novum progerminationis tempus delitescunt, exceptis aliquibus Fungis atque Muscis, quos vero omnes exactissime descripserunt & ad vivum orbi literato, satis superque Iconibus elegantissimis, delineaverunt Viri in re botanica perquam Celeberrimi, Clusius, Dillenius, Vaillantius, & pro tempore in-

ingenioſiſſimus atque Studioſiſſimus Dn. Dr. & Profeſſ. Hallerus, Patronus & Amicus meus omni honoris cultu proſequendus. Et ſic Horti Alſatici Ianua claudatur, his igitur acquieſce candide ac benevole Lector, atque ſerena fronte, hunc meum in poſteritatis commodum unice inclinantem Laborem aſpice. Deo interim Ter Maximo ſummo Botanicæ & Soli omnium rerum Creatori, cui omnia debemus, pro viribus conceſſis, humillima mente ſit Laus Honor & Gloria in ſeculorum Secula.

APPEN-

APPENDIX.

Plerorumque Vocabulorum botanicorum, in hoc opuſculo contentorum Derivationes illuſtrans.

I.

ABies, hujus vocabuli derivatio, Europæis ignota.

Abrotanum, dictum ab ἄβρὸς mollis & τείνω tendo, quia folia ejus mollia & extenſa ſunt.

Absinthium, nuncupatur, à vocabulo græco ψίνθος delectatio & particula privativa ἀ, ac ſi diceres, planta, quæ nullum præbet delectamentum, ſeu quæ minime grata eſt.

Acacia, appellationem habet, ab ἀκάζω acuo, quia tota planta ſpinoſa eſt.

Acanthus, vocis hujus origo, á græco vocabulo ἄκανθος, quod ſpinam ſignificat, quaſi mollis ſpina.

Aceris denominatio, obſcura eſt, putant quidem nomen ſuum accepiſſe ab ejus duritie, quia ad multa opera percommodum, ejus lignum, quæ torno fiunt.

Acetoſa, ejus nomen fluxit, ab Aceto, ſapore enim gaudet acido.

Aconitum, dictum ab ἀκονὴς Vertice montium quod in nudis cautibus, quas aconas vocant naſcatur.

Acorus, nomen ſuum accepit, a Vocabulo Acor, addita terminatione us, unde Acorus ab ejus acri ſapore.

Agrimonia dicta ab Argemone.

Alcea, apellatur ab ἀλκὴ auxilio vel remedio, dum Radices dyſentericis & ruptis, glutinando auxiliantur.

Alchimilla, nomen ſumpſiſſe putatur ab Alchimiſtis, cum ad Alchimiam quam maxime utilis eſt, & ab illis laudatur.

Allium, denominationem hanc quidam ab alendo, alii ab halando factam fuiſſe exiſtimant, graveolentem enim de ſe ſpirat odorem.

Alkekengi, ab arabico vocabulo prodire ſolet,

Alchechengi, alii putant ab ἅλς Mare & κάναβος vas, quia putamen hujus fructus vas maris refert.

Alnus dicitur mente quorundam, ab Amne, quia in flumine alatur.

Alſine vocatur, ab ἄλσος Nemus, quia in nemoribus & locis umbroſis creſcere ſolet.

Althæa, hoc nomine inſignitur ab ἀλθέω vel ἀλθαίνειν mederi, præſtat enim in medendo excellentem virtutem.

Alyſſum, vocari exiſtimant ex ἀ privativa & λύσσα Rabies, quia Rabiem ſeu Furorem caninum tollere putatur.

Am-

Ammi, hoc vocabulum dependet ab ἄμμος.
Arena, quia ſemen ejus per ſimilis eſt Arenæ.
Amygdalus à græcis ἀμυγδαλὴ, ubi á latinis y. mutatur in us, unde Amygdalus.
Anacampſeros, nomen traxit ſuum, ab ἀνακάμπτω excito & ἐρὸς amor, ob virtutem amorem excitandi.
Anagallis, vocis origo necdum nota, forſan á græca denominatione ἀναγαλλὶς.
Anemone, derivatur, ab ἀνέμω Vento dum flante vento, flos ejus explicatur.
Anethum dicitur ab ἄνηθος, genus herbæ boni odoris, aut ut alii volunt παρὰ τὸ ἄνωθέειν currere, quia hæc planta citiſſime creſcat.
Angelica refertur, nomen ſuum acquiſiviſſe, ab angelicas ſuas quas præſtat virtutes.
Aniſum ab ἄνισον vel ἄνησον.
Anonis, á græco vocabulo ἀνωνὶς deducitur, á non juvando, quod inutilis ſit Aratoribus.
Antirrhinum, nomine inſignitur ex ἄντι & ῥὶς, ῥινὸς quod vituli nares aſſimilet.
Aparine, â vocabulo ἁπαρίνη, quod ſemine orbata videatur aut quod aſpera ſit.
Aphaca, refertur á φάκη Lente, quia pertinet ad genus leguminis.
Apium, dictum ab Apibus, quæ floribus ejus delectari ſolent.
Aquilëgia, nomen duxit, ab Aquila, á florum nempe mucronibus aduncis, inſtar aquilarum unguium.
Aquifolium, ab ἀκὶς Acies & folium ob folia acuminata.

Ariſtolochia nuncupatur, ab ἄριστος optimus & λοχεῖα Lochia, planta nempe Mulierum lochia promovens.

Artemiſia, dicta ab Artemide ſeu Diana, quia ad Vitia fœminarum utilis.

Arum, nomen ſuum, â græcis retinet ἄρον.

Arundo, putatur derivari ab Undis, quia lubentiſſime in aquis fluctuantibus creſcit.

Aſarum, Vocem hanc agnoſcit ex ἀ particula privativa & σαίρω orno, quoniam in coronis non addatur.

Aſclepias, herba ab Inventore denominata, Asclepio medico.

Aſparagus á græco vocabulo ἀσπαραγὸς herbam ſignificans ſurculoſam.

Aſplenium, ab Aſplenon Herba Lieni conducibilis.

Aſter ab ἀστὴρ ſtella, quia flores ejus ſtellæ in modum explicantur.

Aſtragalus, titulum ſuum habet, á ſeminis forma, Talum ſeu Aſtragalum referente.

Aſtrantia, nuncupatur ab ἀστὴρ ſtella quia plantæ hujus ſummitas Aſterem refert.

Atriplex, unde nomen, hodie ad huc ignotum.

B.

Balſamina, vocis origo dependet á Balſamo, quia ad balſama conficienda adhibetur.

Barba capræ, vocatur â florum congerie ſeu ſimilitudine, quæ caprinam barbam referre videtur.

Belladona, eſt vox arabica, â formæ elegantia, pul-

pulchram domicellam significat. & â Veneno sic dicitur tota enim venenosa est.

Berberis, nominatur á Vocabulo Arabico sic dicto.

Betonica, á Vetonica vocabulo romano.

Betula á Betulla, eo quod Bitumine, seu bituminosa pinguedine abundet.

Bidens, á bis & dente, quia semen ejus bidentatum est.

Bistorta, nuncupatur á radice, quæ bis contorta est.

Blattaria, Blatta, quia hæc planta animalia seu Vermiculos, qui libros corrodunt, necat.

Blitum, audit á βλίτη. quod vile est & nullius pretii.

Boletus, â græco vocabulo βολίτης, quod Fungi genus denotat.

Borrago, â voce corrupta Corago, quod Cor, Mentemque exhilaret.

Brunella videtur dici, â vocabulo germanico, die Bräune, quod conveniat in febre ardente, quando Lingua & Fauces prunæ instar ardent.

Brassica, contendunt quidam nomen accepisse, à præsecando, quia ejus scapo minutatim præsecatur, alii vero autumant derivationem habere ἀπὸ τῦ πρώσσειν â vorando.

Bryonia, â verbo βρύω germino, quod abunde germinare seu pullulare solet.

Buglossum, á græcis vocabulis βῦς Bos & γλῶσσα Lingua, quia folia linguam bovis repræsentant.

Bugula, derivant quidam hanc vocem, á gallico nomine Bugle.

Buphthalmum, nomen accepit, á βοῦς Bos & ὀφθαλμὸς Oculus, quasi Bovis oculus.

Bupleurum, vocabulum hoc compositum est, ex βοῦς Bos & πλευρὸν costa, ac si dicas Bovis costa, Boves enim ea planta comesta rumpi Veteres existimarunt.

Bursa pastoris, sic dicitur, quia capsulæ seminales, Bursam pastoris exacte repræsentant.

Butomus, vocis origo desumpta est, â βοῦς â particula augente, & τέμνω seco, quia valide á Bobus expetitur vel quod folia ejus valde scindant.

C.

Cacalia, hujus plantæ Etymon nobis ignotum.

Calamintha, á καλὸς pulcher, & μίνθη Mentha dicta, quasi pulchra Mentha.

Caltha, á græco vocabulo, κάλθη Herba nascens in segetibus seu mente Bœrhav. quod Caltha diminutivum sit â Calendula, quia primo Mensis die, qui dicebantur Calendæ florescebat.

Campanula, á Campana, quia flores ejus campaniformes sunt.

Cannabis, á κάννα Fistula, quia caulis intus fistulosus est.

Caprifolium, â Capra & Folio, quia capri foliis delectentur.

Cardaminde, nominatur â κὰρ cor & δομὰω domo,

mo, quasi planta cordis vires restaurans.
Carduus ab ave carduelis dictus, dum semina ab ipsis lubentissime vescuntur.
Cassida, á militaris galeæ iconem exprimente, quam latini Cassidam appellitavere.
Castanea, vocatur á Castaneo Magnesiæ urbe, ubi olim magna in copia crescebat.
Caucalis, vox antiqua, hactenus obscura.
Centaurium, á græco vocabulo κενταύριον a Chirone Centauro Medico Thessaliæ sic dicto.
Cerasus, á Cerasunte, Ponti civitate.
Chamæcerasus, â vocibus χαμαὶ brevis & κέρασος Cerasus, humilis Cerasus.
Chamæmelum, á χαμαὶ humi & μῆλον, pomum humile vinosum odorem de se spirans.
Chamæpithys á χαμαὶ humilis & πίτυς Pinus, quasi humilis pinus.
Chærophyllum á verbo χαίρω gaudeo & φύλλον folium, quasi planta foliis gaudens.
Chelidonium, nuncupatur, â græco vocabulo χελιδὼν Hirundo, quia ab hirundine monstratum fuit, ut herba visui saluberrima.
Chenopodium á χὴν Anser & πῦς Pes, quod folia effigiem habent pedem anserini.
Christophoriana, á Sanct. Christophoro, quasi planta Christophoriani.
Chrysanthemum, á χρύσος Aurum, & ἄνθεμον, flos quasi aureus.
Cichoreum, á κιχείω, invenio, quia undique provenit.

Cicuta dicitur, quod internodia habet cava & fiſtuloſa.

Cicutaria, quaſi planta, Cicutæ affinis.

Cirſium apellatur á κίρσος Varix, quia ad Varices tollendas uſurpatur.

Ciſtus, á græca voce κίστος Hedera vel á Ciſta, quia vaſculum ſeminale in ciſta quaſi hæret.

Clinopodium, exiſtimamus nomen ſumpſiſſe à κλίνη Lectus & πῦς pes.

Cnicus, á κνίζω hinc κνίκος, planta pungens, quia ſpinulis gaudet acutis.

Cochlearia ita dicta, quod folia ejus cochlearis inſtar ſint excavata.

Colutea à græco vocabul κολυτέα.

Convolvulus, á convolvendo, quia plantas vicinas lubenter amplectit.

Coralloides planta referens corallia.

Cotyledon nominatur á κοτύλη cavitate, quia folia ejus excavata ſunt.

Cornus, dicitur ob corneam duritiem.

Coronilla vocabulum hiſpanicum, Coronam minorem denotans.

Cratægus, forte á græca voce. κραταιὸς fortis ſeu robuſtus derivatur, nam κράτος Robur audit.

Cruciata, quia flores & folia in formam crucis ſunt diſpoſita.

Cucubalus â κῦ ubique & βάλλω imitto, quia ubique radices immittit ſuas repentes.

Cucumis nomen eſt á Curvore unde Cucumeres quaſi Curvimeres.

Cu-

Cucurbita, dicta ab incurvatu, quia planta, nisi sustinetur, semper incurvetur.

Cuscuta, Vocabulum est syriacum, Herbam absque radice significans.

Cyanus, nomen suum traxit, á floris cyaneo colore.

Cydonia, á Cydone Cretæ oppido.

Cynoglossum, á vocibus græcis, κυνὸς & γλῶσσα canis & Lingua, folia enim canis linguæ similia sunt.

Cyperoides vocatur, quasi planta ad cyperum accedens.

Cyperus, titulum suum habet, á græca voce, κύπαρος, Vasculum ob radicis effigiem.

Cytisus, ab Insula Cytiso, ubi hæc planta uberrime crescit, vel à græco vocabulo κύτισον, Fruticis genus, quod ovium pabulum est, ut in iis lac augeatur.

D.

Daucus, suam denominationem agnoscit á græco vocabulo δαῦκη quod pastinacam significat, vel â δαίω uro, & δαῦκος quia calidæ est naturæ.

Delphinium, â Delphino dictum, quia flos ejus nondum apertus, Delphinum repræsentat.

Dens Leonis, ob foliorum figuram, maxillam dentibus leonis instructam referentem sic appellatus.

Dentaria, á radicum forma dentibus quasi repletam.

Digitalis á flóris ſimilitudine cum Digitali, quo mulieres inter ſuendum digitos munire ſolent.

Dipſacus á græcis vocabulis δίψα ſitis & ἀκδς, medela ut remedium contra ſitim.

E.

Echium fundit ſuam nomenclaturam, à voce græco ἔχις Vipera, propter ſeminis formam.

Elatine καὶ ἀνλίφρασιν dicta videtur quod minime procera ſit.

Emerus, nomen fictum eſt, á Theophraſto.

Elychryſum currit ἀπὸ τῦ χρυσῦ ab auro & τῦ ἥλίκ Sole, quia aureum ſolis inſtar habet florem.

Equiſetum progreditur ab equo & ſeta, quia folia & rami Equiſetum referunt.

Erica, nomen deductum á verbo ἐρέικω frango quia ad calculum frangendum ſæpiſſime adhibetur.

Erucago ab Eruca, quaſi herba ad Erucam accedens.

Ervum, vocatur ab, ἐρέπτω edo, quia ab hominibus & brutis veſci ſolet.

Eryngium, á græca voce Ἐρύγιον, id eſt Barbæ capra, quia hujus plantæ ſummitates, antequam caulis & folia prorumpunt barbam capræ referunt, alii vero putant, nomen ſuum ſumpſiſſe ob ἐρύγην, eructatum quod capræ, ob hujus plantæ eſum, ingeſta vomitu exſerere ſolent.

Eryſimum dictum, ab ἐρύω, ſalvum conſervo, ob eximiam in medendo facultatem.

Euo-

Euonymus, nominatur, ab ἐυ bonum & ὄνομα nomen, quasi planta boni nominis.
Euphrasia, ab Euphragia vel á græco verbo ἐυφροσύνη quod animi lætitiam adfert & oculorum caliginem tollit.

F.

Fagopyrum, nomen habet á φάγω edo, & πυρὸς frumentum, ac si diceres Frumentum edule.
Fagus, ἀπὸ τ῀ φάγειν, á comedere, antiquis enim ejus fructus erat nutrimentum.
Filago dicitur á Filo, quia filis abundat.
Filicula, á Filice, parvam filicem denotans.
Filipendula, á pendeo & filo, quod radices ejus, quasi ex filo pendere videntur.
Filix, vocabuli hujus derivatio adhuc ignota.
Fœnum græcum, á Fœno & adjectivo græcus, quia in Græcia pecora eo saginantur.
Fragaria, á fragrantia odoris quem spirat. fructus.
Frangula, á frangendo, quod facile frangatur.
Fraxinella, á Fraxino quasi parvus fraxinus.
Fraxinus quod magis in asperis locis, montanisque fragis nascatur, hinc per derivationem Fraxinus.
Fucus, á græca denominatione φῦκος Fumaria, quia lubentissime in agris fimo pinguibus crescat.
Fungus, á Funere, quod vescentibus periculosissima sit esca.

G.

G.

Galeopsis, hoc nomen plantæ impositum est, á γαλῆ Felis, quod ejus flores faciem felis repræsentant.

Gallium á γάλα Lac, quia vim possidet Lac coagulandi.

Genista ita dicta, á Genu, quod valde flexilis sit.

Genistella, á Genista, ac si dicas parva Genista.

Gentiana, á Gentio, Illyricorum Rege, primo Virtutum inventore.

Geranium, ἀπὸ τῆς γεράνε á Ciconia, quia capsulæ seminales, rostro ciconiæ conferunt.

Gladiolus, nomen habet á Gladio, quia folia ejus gladii figuram habent.

Glaux, á glauco colore.

Globularia á vocabulo latino, Globus, dum flos globosus est.

Gramen nuncupatur á gradiendo seu progrediendo, quod geniculatis internodiis mirifice serpit novasque spargit radices.

Grossularia, dicitur á cute fructus grossa vel densa.

H.

Hedera, dici putatur, quod arboribus reptando ad hæreat.

Helleborus, παρὰ τὸ ἕλειν τῇ βορᾷ, quod esu perimat.

Helleborine, nomen accepit, ab Helleboro, á foliis nempe Helleboro similibus.

Heli-

Helianthemum, nuncupatur quasi ἄνθος, τῦ ἡλίυ, Flos solis, quia semper versus solem se flectere solet.

Heliotropium, dictum ab ἥλιος sol, & τρέπω verto, quia hujus plantæ summitas, soli obvertit.

Herba Paris, Vocis hujus derivatio nobis non constat,

Herniaria vocatur, ob Facultatem hernias curandi.

Hesperis vocem suam habet, ab Hesperide noctu olente.

Hieracium, ἀπὸ τῦ ἱέρακος, Accipiter, quia ab eo, ad acuendum visum devoratur.

Horminum, ejus nomenclatura ab ὁρμαίνω, impetu ferox, quod venerem stimulet.

Hyoscyamus, a græcis vocibus, ὗς sus, & κύαμος faba.

Hydrocotyle, ab ὕδωρ Aqua, & κοτύλη Cavitas, folia enim hujus planta intus sunt excavata.

Hypericum appellatur, ab ὑπερ super & ὀινόνας spectra, seu imagines, quia super has dominium habet.

I.

Iacea ortum suum habet, á jacere, quia humi sæpe jacet.

Iacobæa, quia circa diem St. Iacobi in optimo vigeat vigore.

Ilex, dicitur á verbo illicio, idem quod Illicium,

Im-

Imperatoria, nomen accepit ab effectu, ob raras nempe insignes virtutes, quibus præ multis aliis simplicibus pollet.

Iris, á cœlestis arcus similitudine, puta colorum diversitate.

Isatis græcam originem agnoscit ἰσάλης quod Glastum significat.

Iuncago, quasi planta ad juncum accedens.

Iuncus, á jungere, quia hac planta herbæ inter se fasciculatim junguntur.

Iuniperus nomen habet suum, quod juniores & novellos fructus pariat, antiquis maturescentibus.

L.

Lactuca, vox hæc, derivatur á Lacte, quia tota planta lacte turget.

Lamium, hoc nomen desumptum est, à pisce Lamia dicto, qui si iratus horrendum vultum refert.

Laserpitium, nominatum à Lasere.

Lathyrus, à græco vocabulo λάθυρον Cicercula, vel à λαθεῖν latere, forte quia fructus, siliqua inclusa latet.

Lens, à vocabulo lenis deductum, quod qui eo vescuntur, lenes ac moderati fiunt.

Lentibularia, quia ad lenticulam accedit.

Lenticula, dicitur à lente, quia folia ejus lenti assimilantur.

Lenticularia, à foliorum forma appellatur.

Leucanthemum, à λεύκος albus & ἄνθεμος Flos, quia florem habet candidum. quia

Leucojum, à λευκὸν album, & ἴον Viola proprie Viola alba.

Lichen, nomen hoc deduxit à Lichene morbo cutaneo, quia ad Lichenes ſanandos confert.

Liguſticum, Dioſcoridis mente, quod plurimum in Liguria naſcatur.

Liguſtrum, à lego quaſi leguſtrum.

Lilac vocabulum eſt Arabicum.

Lilium, à λεῖος lævis, quia folia ejus ſunt polita.

Lilium convallium, à λεῖος lævis & Valle, quia lævia habet folia & in convallibus frequenter creſcat.

Linaria, à lino, quia ſemen ejus molle eſt & valde leniens.

Lingua Cervina, à figura plantæ, cum lingua animalis.

Lithoſpermum, à λίθος Lapis & Sperma ſemen, ac ſi diceres ſemen lapideum.

Lonchitis, dicta à λόγχη Lanceæ, quia folia ejus acuta ſunt.

Lotus, à græco vocabulo λωτὸς dulcis.

Lunaria, à Luna, ob formam ſiliquarum ita nominata lunatam.

Lupulus, à Lupo, hominis ac pecoris infenſiſſimo hoſte, qui ſubter hunc frequentiſſime ſeſe abdere ſolet, ut eo melius rapto vivere poſſit.

Luteola, à luteo colore, pannos tingens.

Lychnis à græco vocabulo λύχνος Lumen quia flores ejus, radios luminis faciant.

Lyco-

Lycoperdon, à λύκος Lupus & πέρδω pedo, quasi crepitus Lupi.

Lycopus, nominatur à λύκος Lupus & πῦς pes, planta ad Lupi pedem accedens.

Lysimachia, nomen accepit, à Lysimacho Regis Siciliæ filio, qui hanc plantam primus inveniſſe fertur.

M.

Majorana, à μαραίνω, marceſco, vel quasi major ad vitam, quia vitam prolongari cenſetur.

Malus, à græco vocabulo, μῆλον aut ut alii volunt à μέλω ſano,

Malva, à μαλάζω emollio, quod tota planta vim habet emollendi.

Marrubium, ab hebraico vocabulo Marrob ſucco nempe amaro ſic dicto.

Matricaria nomen accepit à Matrice, quia hyſtericis utilis eſt.

Medica à græco vocabulo nomen nactum μηδικὸν vel à Media ut ait Plinius.

Melampyrum huic plantæ impoſitum eſt à μέλας niger & πυρὸς Triticum, propter ſeminis formam & colorem.

Melilotus nomen habet à μέλι Mel, & Lotus, quaſi Lotus mellitus.

Meliſſa, hoc nomine dicitur à μέλι Mel quod apes ex ea Mel exugere ſolent.

Melo creditur nomen traxiſſe à græca voce μῆλον quod pomum ſignificat.

Melo pepo, à græcis vocabulis μῆλον malum & πέπον genus cucumeris,

Men-

Mentha, videtur nomen ejus concinnatum esse inde, quod mentem percellat, alii vero putant derivationem suam habere à vocabulo græco μίνθος, quod ejus folia lanuginem habent gryseum.

Menyanthes vocis hujus origo debetur, græcis, μηνίανθος enim plantam significat paludosam.

Mercurialis, à Mercurio primo Inventore ita dicitur.

Mespilus, ab ἔπιμηλὶς, quia folia ejus, ubi sponte nascatur malo similia sunt.

Meum, à μύον, herba caule & foliis aniso non absimilis.

Millefolium salutatur, à multitudine foliorum

Morsus ranæ, quod Ranæ ejus morsu gaudeant.

Morus, à græco vocabulo, μαυρὸς niger, quoniam ipsius fructus, nigricantis sunt coloris, vel ut alii putant à Mora, sive tarditate florendi.

Moschatellina, à Moscho, quasi parva planta moschum olente.

Muscus, â μόσχος subtilis.

Myagrum, nomen ejus dependet à μυῖα Musca & ἀγρεύω capto, quasi planta Muscas capiens.

Myosotis, ex μὺος Mus, & ὠῖλας auricula, ob foliorum analogiam.

Myosuros, à μὺος Mus & οὐρὰ, cauda.

Myrrhis à Myrrha, quia Myrrhæ odorem de se spirat.

N.

Napus vocatur, à græco vocabulo νάπυ vel à νᾶπο.

Naſturtium, nomen tribuitur, à narium formento, quia ſternutare facit vel ut Varroni placet à torquendis naribus.

Nidus avis, à forma radicum inter ſeſe implicatarum, nidum avis repræſentante.

Nicotiana, à Iohanne Nicotio Regis Galliæ Conſiliario qui primus ex Lufitania in Galliam miſit.

Nigella potius Nigrella, ob feminis Nigredinem.

Niſſolia ab autore Niſſole Medico Monſpelienſi ita dicta.

Nymphæa à νύμφη Sponſa, quod aquoſa amet vel quod hæc planta aquæ ſit ſponſa.

O.

Ocimum, nomen eſt, ab ὠκέως cito, quod ſemen ejus cito è terra erumpit.

Oenanthe derivationem agnoſcit, ab οἶνη vitis & ἄνθος flos, quaſi flos vitis, potius quod cum Vite floreat.

Onagra ab οἶνος Vinum & ἀγρὸς ager, quia radix odorem habet vinoſum, alii ab ὄνος aſinus & ἀγρὸς ager, ob folia forſan ita dicta, cum auriculis aſini quoad longitudinem comparata.

Onobrychis ab ὄνος aſinus & βρύχω frondeo, quia hujus plantæ odor, aſinos rudere facit.

Ophio-

Ophiogloſſum, ab ὄφις ſerpens & γλῶσσα lingua, quia ſerpentis linguam refert.

Ophris ſupercilium ſignificat, quo nomine dicta eſt, dum capillis nigredinem inducit.

Opulus, quod Viti fiat opem.

Orchis ab ἐράω appeto, quia radix ejus deglutita, Venerem ſtimulat. potius à græca denominatione ὄρχη, Teſticulus, hinc planta à radicum forma, ſic dicitur.

Oreoſelinum, ὄρος Mons & σέλινον apium, id eſt Apium montanum.

Origanum, ab ὄρος Mons & γάνος Lætitia ſeu planta quæ montes amat.

Ornithogalum ab ὄρνις avis & γάλα Lac, quia florés ejus, tam albi ſunt inſtar animalium plumiferarum.

Ornithopodium à vocibus græcis ὄρνις avis & πούς pes.

Orobanche ab Ervi ſtrangulatu nomen adepta eſt, nempe quod ὄροβον ἄγχει orobum aliaque legumina ſtrangulat.

Orobus, appellatur à græcis ἕρεπτω edo & βοῦς bos, antiqui enim Orobis, boves ſaginare ſolebant.

Osmunda, quid ſibi nomen velit, me neſcire profiteor.

Oxycoccus à fructus colore & ſapore ita dicitur.

Oxys à græco vocabulo ὀξὺς acidus, quia ſaporem habet acidum.

P.

Panicum nominatur à Pane, quia olim ab illo Panis confectus fuit, alii putant nomen accepisse à paniculis suis.

Parietaria, ob locum quem amat, sic dicta, lubentissime enim circa parietes provenit.

Parnassia à monte Parnasso, in quo abunde crescit solet.

Pastinaca, à pascendo, vel à pastu, quia radix ejus comeditur.

Papaver, à Pappa, pultis specie, cui semen papaveris olim immiscebatur vocatur.

Pedicularis, dicitur à sua facultate quam possidet, pediculos enecandi, Dodonæus autem existimat sic denominari, quod pecori ac jumentis, quæ ea pascuntur pediculorum copiam gignat.

Pentaphylloides, agnoscit suam derivationem à πέντε quinque & φύλλον folium, unde pentaphylloides, quasi planta Quinquefolio similis.

Persica, nomen habet à Perside orientis regione, unde hoc arboris genus, in nostrum orbem est advectum.

Persicaria, à Persica, quia ejus folia Persicæ assimilantur.

Pervinca, à vincendo, quod vinceret pervinceretque injuriam temporis, ac semper vireat.

Petasites, nomen à πετάω, quia ejus folia valde sunt extensa, sive à Petaso, ob foliorum formam & amplitudinem.

Pepo,

Pepo, à græca voce πέπων, quod genus cucumeris significat.

Peucedanum, à græco vocabulo πεύκη Pinus quia ejus folia cum pinifoliis similitudinem quandam habent.

Phalangium, dictum à virtute phalanges digitorum curandi male affectos.

Phellandrium nuncupatur, à φελλεύω fluctuo sub mari & ἀναδρεύομαι virile robur assumo, quia in aquis crescendo viriliter se erigit.

Pimpinella quasi Bipinella, à foliorum binis ordinibus, pennatim sive plumatim congestis.

Pinguicula, à foliorum crassite atque pinguedinosa quasi substantia.

Pisum, à Pisa urbe Italiæ, in quo loco olim copiosissime nascebatur.

Plantago, vocatur à planta, quia plantis pedum juxta vias conculcatur.

Plantaginella, quasi Plantago minima seu herba ad plantaginem accedens.

Polium à voce græca πολιὸς incanus quasi herba incana.

Polygala, à πολὺ multum & γάλα lac, quasi herba lac augens.

Polygonatum à πολὺ multum & γόνυ genu, quia gaudet pluribus geniculis, seu quod radices & caules habeat geniculatos.

Polygonifolia vocatur à foliis cum poligonifoliis similitudinem quandam habentibus.

Populago, quia juxta ripas & fossas sub populo erescit,

Populus à populo quod ex ejus calce multi naſcantur.
Porrum, dictum quod porro eat & longe lateque graſſetur.
Portulaca, quaſi porcellorum λάχανον, olus.
Potamogeton à ποταμὸς fluvius & γείτων vicinus, quia fontibus & præſertim fluminibus vicina eſt.
Primula veris, à primo vere, quia ineunte vero & ante illud tempus floret.
Prunella, dicta ab effectu, quia in angina die Bräune, præſtat magnam opem.
Prunus, à græco vocabula πρύνη.

Q.

Quercus, quæ ſit nominis ratio obſcura eſt putant quidam à κέρχω exaſpero quia cortex ejus aſper eſt.
Quinquefolium à quinto foliorum numero quia quinque folia habet πέντε enim quinque & φύλλον folium ſignificat.

R.

Ranunculus à ranis nomen accepit, quia eorum ſtabulum eſt.
Rapa, à rapere, quia à prætereuntibus ex agro ſæpiſſime rapiuntur.
Raphaniſtrum, dicitur à Raphano, quia radix ejus minorem raphanum refert.
Raphanus dicitur, à ῥάδιος facilis & φαίνω appareo, quaſi planta facile apparens.

Rapiſtrum, à foliorum ſimilitudine cum Rapo.
Rapunculus dictus, quaſi Rapum parvum, dum Radix ejus minor eſt Rapo.
Rhamnus à ῥάμνος ſpina, quia frutex eſt ſpinoſus, ſpinis enim non ſecus ac gladius pungit.
Ribes vox eſt Mauritanica.
Roſa, à græco vocabulo ῥόδον, quod largum odoris effluvium emittat.
Ros ſolis, à guttis roris, quia folia ejus ſub maximo ſolis ardore madent.
Rubeola quaſi exigua Rubia.
Rubia, à rubro colore nuncupatur, quod radix ejus inficiat rubro colore, ſeu quod cum radice lanæ tingantnr.
Rubus, à rubro colore, quia fructus rubeſcit.
Rubus Idæus, à monte Idæo ſic dictus.
Ruſcus, hujus fruticis nomen, unde derivatur Autores inter ſe non conveniunt, plerique exiſtimant. à vocabulo ruſticus.
Ruta à ῥύω ſervo quia ſanitati conducibilis eſt.

S.

Sabina à belgica voce Sabin. quod ſeptem ſignificat.
Salicaria, dicitur à Salice, quia ſub ſalice lubenter creſcit.
Salix à Saliendo nominata, quod celeriter creſcat ut ſalire videatur.
Salvia nominatur à ſalvando, quod plurimis morbis opitulatur.

Sambucus, ab inſtrumento muſico Sambuce dicto.
Samolus, derivatio ignota.
Saxifraga quaſi ſaxifrangus, quod è fiſſuris rupium erumpat.
Scandix à græco vocabulo σκάνδιξ acus paſtoris, à ſemine acum referente.
Scirpus, veteribus audit luncus enodis, unde proverbium Nodum in ſcirpo quærere.
Sclarea, à σκλήρος durus vel ſiccus, quia hæc planta caulem habet durum ac ſiccum.
Scrophularia, ab effectu ita dicta, ſcrophulis enim medetur.
Secale dictum à ſecando.
Sedum, à ſedendo, quia in muris ſedit.
Serpillum ab ἕρπω ſerpo, quia planta repens eſt
Sideritis à σίδηρος ferro, quod ad vulnera ferruminanda utilis, ſeu quod vulnera ferro inflicta couglutinat.
Sinapi originem ſuam habet à vocabulo σίνηπι, quod herbam valde acrem ſignificat, cum ejus ſemen comedenti lachrymas cieat.
Siſymbrium, à σίον & ὄβρος quia hæc planta in locis aquoſis provenit, alii putant nomen ſumpſiſſe à verbo σείω moveo, quia aquis innatans fluctuat & à vento facile movetur.
Smilax, à σμάω rado, quia planta eſt aſpera.
Solanum, dictum ab effectu, ſomniferum lethale vel à ſolare, quia dolores intenſos ſiſtat.

Sol-

Soldanella, unde ejus nomen, hodie ignotum.

Sonchus, à græco vocabulo σόγχος παρὰ τὸ σῶον χέειν, quia hæc planta ſabubrem ſuccum fundit.

Sorbus, nominatur, à Sorbere, quia fructus ſi maturus, mollis ſit, ut ſorbere poſſit.

Sparganium, à græca voce σπάργανον faſciola, quia ejus folia, faſciolum referunt.

Spinachia, arabicam originem agnoſcit Hiſpanach, alii vero derivant à ſemine ſpinoſo.

Spondylium, ab inſecto, quod ſpondylis nomen habet, quodque amabilem rubrum colorem tingere facit.

Stachys, à græco vocabulo στάχυς ſpica, quia ejus flores in ſpicam ſunt congeſti.

Staphylodendron, à σταφυλὴ uva & δένδρος arbor uvæ, quia ejus folia & fructus in racemos ſunt diſpoſiti.

Stellaria quia ſummitates foliorum, ſtellam repræſentant.

Stramonium, nominis hujus derivatio ad huc non conſtat.

Symphytum à σὺν cum & φύω adnaſcor, quia hæc planta vim habet conſolidandi.

Stœchas, ab Inſulis maris mediterranei, Stœchades dictæ ita nominatur.

T.

Tamariſcus à Tamarice per appoſitionem ſcus vocabulum natum eſſe videtur.

Tanacetum, à vocabulo Athanaſia, quod Herbam ſignificat immortalem, ortum ſuum duxiſſe æſtimatur.

Taxus à τόξα Venena, quia hæc arbor venenoſa eſt.

Teucrium, à Teucro, Ajacis fratre inventore.

Thalictrum, à vocabulo græco θάλλω vireo quaſi planta vireſcens.

Thlaſpi, à θλάω premo, quod fructus ejus planus & compreſſus ſit.

Thymelæa, à θύμη ἐλαία Thymi olea, quia folia ejus Thymo ſimllia.

Thyſſelinum, à θύω ſuffio & σίλινον apium, ac ſi diceres, apium ſuaveolens.

Tilia à τῖλον pluma mente Bœrhav.

Tithymalus, à τιθὴ Mamma & μαλακὸς tener, quaſi tenera mamma, quia lac fundit.

Tormentilla ab effectu, quæ tormina ventris ſedat.

Tragopogon, à τράγος Hircus & πώγον barba nomen ſibi adſcivit, quia ſemen ejus adhuc incluſum barbam hirci refert.

Tragoſelinum, τράγος Hircus & σέλινον petroſelinum, quia folia petroſelino ſimilia ſunt & ab hircis devorantur.

Trifolium, à foliorum terno numero.

Turritis, à forma Turris, quia in faſtigium inſtar turris, cacumen ejus tranſit.

Tuſſilago à virtute ejus, ad tuſſim ſedandam

Typha à græca denominatione τύφη à ſceptro, regum

regum aureo, quod ante primos Magiſtratus geſtatur vel à λύφος quod locum paluſtrem denotat.

V.

Valeriana, nomen hoc deducitur à Verbo latino Valeo, quod viribus eximiis valere æſtimatur, alii putant à Valerio autore ita dici.

Valerianella, nuncupatur, quaſi exigua valerina.

Veratrum, ab avertere, quod mentem avertat.

Veronica, quaſi Vere unica inter plantas, ob virium robur ſic dicta.

Verbaſcum, quaſi Barbaſcum.

Viburnum, à Viurno ſeu viere.

Vicia, à vincendo quod item ut Vitis capreolos habeat, quibus ſurſum verſus ſerpitret vel à vocabulo Vitium quod inter frumenta ſit vitium.

Viola, nomen accepit, à violando, quod manibus dum decerpitur violetur.

Virga aurea, quia caulis virgæ in modum, ramosque & flos ejus aureum habeant colorem.

Viſcum, dicitur, à viſcoſitate quia fructum fert glutinoſum & viſcoſum.

Vitis, à Vieo flecto, quia Vitis capreoli apprehendunt plantas vicinas.

Vitis Jdæa, à Vite & Ida, quia inſtar Vitis

tis ſcandit & in monte Ida creſcendo invenitur.

Ulmaria, ab Ulmo, à foliorum ſimilitudine.

Urtica, ab urendo, quia ſi tangatur valde urit.

Ulmus apellatur, ab uliginoſis locis, in quibus lubenter provenit.

Uva urſi, quia ejus fructus uvæ ſimilis, & ab Urſis veſci ſolet.

Vulneraria, à vulnere, quia ad vulnera adhibetur.

X.

Xanthium à græco vocabulo ξάνθος flavus, quia capillos flavo colore obducat vel tingat.

S. D. G.

IN-

INDEX.

A.

Abies Taxi folio. 38
— tenuiore folio. 39
Abrotan. caulicul. albic. 269
— — rubent. 259
— Linifolio. 202
— Mas, 260
Abſinthium montan. 203
— vulgare. 202
— pontic. tenuifol. incanum. 260
Acacia germanic. 28
Acanthium vulgare. 215
Acer major. 39
— minus campeſtre. 15
— montan. candid. 4
— platanoides. 39
Acetoſa alpina. 108
— arvenſis lanceol. 39
— — — anguſtifolia. 39
— — non lanceolata. 203
minima. 39
hortenſis rotundifol. 108

Acero-

Acetosa lanceolata elatior. 108
— pratensis fol. crisp. 40
— — vulgar. 40
Acetosella. 27
Aconitum cœrul. 260
— lycocton. lut. 108. 260
Acorus adulterin. 65
— verus. 40
Adjantum alb. 139
— aureum. 173
— nigrum. 138
Adonis flos, citrin. flore. 30
— — phœnic flore. 30
Agaricus auriculæ forma. 203
— betulinus. 203
— esculentus. 272
— digitatus niger apicib. albidis. 260
— digitatus niger. 261
— fraxineus niger. 109
— intybaceus. 108
— lamellatus. 203
— lichenis facie variegat. 203
— officinali similis. 203
— pedis equini facie. 203
— porosus rubens. 203
— spuamosus. 109
— tubæ Fallopianæ instar. 273
Agrimonia officinar. 109
Alcea foliis rotundis. 109
— hirsuta. 204
— major. 109

Alcea vulgaris. 109
Alchimilla erecta gramineo fol. 40
— linariæ fol. 40
— montana minim. 40
— ſupina gramin. fol. 110
— vulgaris. 110
Alga bombycina. 111
— fontalis trichodes. 110
— tenuiorib. filament. 110
— virid. capillac. fol. 110
— vulgatiſſim. & longiſſ. 110
Alkekengi. 111
Alliaria. 22
Allium montan anguſtifol. 111
— — bicorne. 204
— — capite rotund. 111
— Sativum. 41
— ſativ. alterum. 41
— ſylveſtre latifol. 41
— urſinum. 41
Alnus alpina minor. 5
— nigra baccifera. 59
— rotundifol. glutinoſ. 4
— — fol. incano. 5
Alſinaſtrum ſerpillifol. 41
Alſine altiſſima nemor. 111
— aquatica media. 112
— arenaria. 113
— baccifera. 224
— fluviatilis. 99
— geniculata. 204

Alſine hyperic. fol. 112
— maxima ſolanifol. 113
— media vulgaris. 15
— minor multicaulis. 112
— — capitul. lini. 112
— muſcoſa. 113
— paluſtr. fol. gramin. 113
— — minor. 205
— — repens. 268
— — rotundifol. 204
— — tenuifolia. 205
— plantagin. fol. 111
— pratenſ. graminifol. ampliore. 16
— — — anguſtiore. 16
— puſilla graminea. 204
— — flore tenuiſſ. 16
— ſaxatilis fol. longiſſ. 41
— — multiflor. 113
— tenuifol. 41
— ſpergulæ facie. 13
— ſpergula major. 204
— — minor. 112
— — minima. 41
Alſinoides paludoſa. 270
Althæa dioſcorid. 205
Alyſſum flore purpur. 231
— fœtid. 113
— incan. fruticoſ. 16
— — lut. ſerpillifol. 16
— montan, incan. pereunc. 205.

Alyſ-

Alyſſum ſegetum fruticoſ. 16
—— —— foliis acut. 114
—— ſerpillifol. 114
—— veronic. fol. 16
—— vulgare polygonifol. 1
Amara dulc. 98
Amaranthus luteus. 227
Amygdalus amara. 17
—— dulcis. 17
—— nana. 17
Ammi majus. 206
—— perenne. 206
Anacampſeros flore alb. 206
—— —— purpur. 206
Anagallis aquatica major. 199
—— —— minor. 200
—— cœrulea. 43
—— lutea nemorum. 69
—— paludoſa. 43
—— phœnicea. 43
Anblatum. 114
Anemone ſylveſtris. 43
Anethum hortenſe. 43
Angelica pratenſis altera. 114
—— —— apii fol. 206
—— ſylveſtris. 114
Aniſum. 206
Anonis ſpinoſa alb. flore. 115
—— —— purpur. 114
—— —— erecta. 115
—— ſpinis carens. 115

Anonymos Clus. 28
Anſerina. 83
Anthyllis leguminos. 202
Antirrhin arvenſe majus. 43
—— —— minus. 164
Aparine latifol. montan. 43
—— ſemine lævi. 43
—— —— minore. 215
—— ſupina pumila. 44
—— vulgaris. 115
—— ſemine minori. 43
Aphaca. 207
Apium anif. dict. 206
—— criſpum. 207
—— hortenſe. 207
—— montan. 247
—— paluſtre. 207
—— petroſelin. 207
Aquifolium ſpinoſ. 44
—— non ſpinoſ. 44
Aquilegia hortenſ. 45
—— ſylveſtris. 44
Arenaria. 113
Ariſarum. 45
Ariſtolochia clematit. recta. 207
—— vulgaris purpur. 8
Arnica. 134
Artemiſia tenuifol. 70
—— vulgar. caule purpuraſcente. 260
—— —— viridi albicante. 261
Arum paluſtre. 45

Arum vulgare macul. 45
— — non macul. 45
— — macul. nigr. 45
Arundo vulgaris. 261
Aſarum american. 17
— vulgare. 17
Aſclepias albo flore. 45
Aſparagus ſativus. 115
— vulgaris. 116
Aſplenium. 116
Aſter arvenſ. cœrul. 116
— atticus vulgare. 207
— canadenſis annuus 259
— montanus luteus ſalicis fol. 116
— omnium maximus. 116
— paluſtris luteus laciniatus. 116
— — lanuginoſus. 208
— — parvo flore. 261
— pratenſ. autumnal. 261
Atriplex anguſto oblongo fol. 208
— anguſtiſſ. fol. 208
— folio haſtato. 208
— hortenſ. alb. 208
— rubra. 208
— fœtida. 219
Aſtragaloides. 219
Aſtragalus luteus. 117
— florib. viciæ. 117
Aſtrantia. 147
Avena alba. 118
— fatua. 147

Avena nigra. 118
— pilosa. 147
Auricula muris pulchro flore. 113

B.

Ballote. 185
Balsamina lutea. 118
Barba capræ. 118
— florib. compact. 202
Barbarea. 97
Barbarea mural. 104
Bardana. 240
Beccabunga. 200
Belladona. 118
Bellis cœrulea. 61
— major. 161
— sylvestris media. 45
— — minor flore albo. 5
— — — mixto. 5
— — caule fol. hirsut. 66
Berberis dumetor. 46
Beta alba. 119
— rubra. 119
Betonica alb. 119
— aquatica. 188
— arvens. annua. 209
— coronaria. 124
— purpurea. 119
— minus ramosa. 125
Betula. 46
Bidens fol. non dissect. 209
— tripartit. divis. 209

Bidens fol. non diſſect. tripartit. diviſ. caule purpuraſc. 209
Bifolium. 73
Biſtorta radic. maj. intort. 209
——— minus intorta. 209
Biſtorta alpina maxima. 210
——— minor. 210
Blattaria. 210
Blitum alb. majus. 210
——— minus. 211
— ſylveſtre. 210
Boletus eſcul rugos. albicans. 46
——— ——— fulvus. 46
— in metam faſtigiatus. 17
— phalloides. 18
Bonus Henricus. 51
Borrago minima. 26
Botrys verticillata. 217
Branca urſina. 193
Braſſica alb. criſpa. 46
— alpin. perenn. 47
— arvenſis. 46
— campeſtris perfol. 5, 119
— cauliflora. 47
— fimbriata. 47
— gongylodes rapo longiore. 47
——— ——— rotundo. 47
— rubra. 46
——— — criſpa. 47
— viridis. 47
Brunella cœrul. flore magn. 120

Brunella cœrul. flore folio laciniat. 119
——— major fol. non diſſecto. 119
——— flore porpuraſc. 119
Bryonia aſpera. 47
— nigra. 100
Bubonium lut. 116
Bugloſſoides Echiifol. 120
Bugloſſum anguſtifol. maj. 120
——— arvenſe annuum. 121
Bunias ſylveſtr. 26
Buphthalm. tanacet. min. fol. 211
Bupleurum fol. ſubrot. 211
——— montan. latifol. 121
——— perfoliat. 211
Burſa paſtoris major. fol. ſinuat. 6
——— ——— non ſinuat. 6
——— media 6
——— major loculo oblongo 1
——— minim. 26
Butomus 121
Buxus arboreſc. fol oblong. 6
— — pictis. 6
— — rotund. 6

C.

Cacalia. 121
tomentoſa. 122
Cacubalus. 224
Calamintha humilior folio rotundiore. 18
— pulegii, odore. 212
— vulgaris. 212

Calamus aromatic. 40
Calceolus Mariæ. 122
Campanula alpin. latifol. 213
— — linifol. 213
— — rotundifol. 213
— arvenſis erecta alba. 122
— — cœrul. 122
— — procumbens. 48
— — ſingularib. florib. 213
— hortenſis. 123
— nemoroſa magno flore. 122
— — parvo flore. 123
— perſicæ fol. 123
— pratens. flore conglomerat. 212
— pyramid. altiſſim. 213
— radice eſculent. 48
— urticæ fol. 212
— — flor. alb. 212
Cannabina aquatica. 209
Cannabis erratica. 214
Cannabis ſativa. 213
— ſylveſtris. 230
Caprifolium german. 48
— perfoliat. 48
— non perfol. Bœrhav. 49
— non perfol. foliis ſinuoſis. 49
— — — variega-
— tis. 48
Cardamine annua exiguo flore. 50
— flore majore elatior. 49
— pratenſis magno flore albo. 49

Cardamine pleno. 49
— purpurascente flore. 49
— quarta Dalechamp. 18
Cardiaca. 244
Carduus Acanthoid. 214
— benedictus. 224
— capite rotund. 215
— caule crispo. 214
— fullon. 226
— hæmorrhoidal. 222
— lanceolat. 214
— Mariæ. 214
— nutans. 214
— palustr. 222
— pratensis. 224
— stellatus. 215
— tomentos. 215
Carlina acaulos magno flore. 215
— caulescens. 215
— sylvestr. 215
Carpinus vide omissa.
Carthamus offic. 216
Carvi. 216
Carvifolia. 216
Caryophyllat. alpin. 123
— aquatica. 18
— vulgaris. 18
— — flore majore. 18
Caryophyllus arvens. umbellif. 15
— flore tenuissime dissect. 124

Caryophyllus montan. 124
— sylveſtr. barbat. 125
— — humilis. 124
— — lanuginos. 125
— — latifol. 125
— — prolifer. 124
